## Dissertatio inauguralis chymico-medica, de borace / [Heinrich Konrad Rennewald].

#### Contributors

Rennewald, Heinrich Konrad. Alberti, Michael, 1682-1757. Universität Halle-Wittenberg.

#### **Publication/Creation**

Halae Magdeburgicae : Typis Joh. Christiani Hendelii, [1745]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/bngbp8ad

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

### DISSERTATIO INAUGURALIS CHYMICO-MEDICA.

2.6537



Quam\_ AUSPICE DEO PROPITIO, Et Confensu atque Auctoritate Gratiosa Facultatis Medica, IN ALMA REGIA FRIDERICIANA, PRÆSIDE

# DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. PORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.

FACULT. MEDICÆ SENIORE Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo, omni bonoris cultu prosequendo.

**PRO GRADU DOCTORIS** SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DO-CTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,


> HORIS LOCOQVE CONSVETIS, ANNO MDCCXLV. D. OCTOBR. PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET

> > AUCTOR ET RESPONDENS

HENRICUS CONRADUS RENNEWALD,

GOSLARIENSIS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.



## VIROLUSIT

FAMA, MERITIS, MUNERIBUS CELEBRATISSIMO, ILLUSTRI, CONSULTISSIMO, EXCELLENTISSIMO, EXPERIEN-TISSIMO, AMPLISSIMOQUE DOMINO,

## DOMINO D. MICHAELI ALBERTI, SACR. REG. MAJEST. BORUSS. AULICO ET CONSISTO

RII QUOD MAGDEBURGI EST, CONSILIARIO, MEDICÆ FACULTAT. IN ACAD. HALENSI SENIORI MAXIME VE-NERANDO, MEDIC. ET PHILOSOPH. NATUR. PROFESS. PUBLICO ORDINARIO, REIPUBL. NORIMBERG. PHYSICO ORDINARIO, COLLEGII CÆSAREI NATURÆ CURIOS. ET SOCIETAT. SCIENTIAR. BORUSS. SODALI CELEBERRIMO,

MÆCENATI, PRÆCEPTORI ET PROMOTORI FILIALI AMORE ET OBSERVANTIA DEVENERANDO,

HANCCE DISSERTATIONEM

SILLES.

and anoss of a side of dominant.

the transformation and an additionary.

IN DEBITI ET GRATI ANIMI TESTIMONIUM CUM ARDENTISSIMO SEMPITERNÆ FELICITATIS VOTO SUBMISSE

D. D. B. B.

officence and a tak

tal in autometablac tomports fouring a curs.

AUCTOR.

## VIR ILLUSTRIS EXCELLENTISSIME, EXPERIENTISSIME, DOCTISSIME, MÆCENAS AC PATRONE OMNI OBSERVANTIÆ ET PIETATIS CULTU PROSEQUENDE.

SHO E

CHIRAM INDIVER LEVELAND MADA MILADA DA

PUBLICO ORPLUARIO, RETROBL, NORULIBARG, PHYSICH ORDINARTO, LOTHEROIT CREAREL NATULE CURIOS. ET SOCIETAT. SELENTTEAR, DORUSS, SODALS

MACRIVATE PRACEPTORI ET PROMOTORI

FULALE A MORE ET OBSERVANTIA DEVENANDO

CELEDRERIMO

NERANDO MEDIC. ET PHILOSOPHE MATURE PROFE

ATT-OUDD MADINERURGE RET, COMPENSION



01216407 73

Uando TUORUM, PATRONE COLEN-DISSIME, beneficiorum, quæ innumera & fingulari plane modo in me contulisti, recordor, profecto non possum non lætabundum ac gratum meum animum declarare. Quartus

A MEGANA DETRI

jam annus est, quo in domum TUAM benevole me recepisti, & quo lateri TUO fui quasi affixus. Quanta, quanta! in quam in boc temporis spatio aTUA, PATRONE DEVENERANDE, liberalissima manu expectavi& accepi benefacta? Nonne gratulari mibi possum, quod a lateri-

teribus TANTI VIRI semper fuerim? Nonne felix sum æstimandus dogmata medica eruditione singulari plena ex ore ruo percepisse? Manu enim me quasi duxisti ad scientiam medicam veram addiscendam & verba TUA mibi semper fuerunt aurea. Et quod maximum est, TUA certe, PATRONE COLENDISSIME non satis depredicanda liberalitate, eximia bumanitate, & admiranda benevolentia factum est, ut tam festinante pede amplissimum studii medici campum percurrere, oculisque fugitivis flores illius tantummodo intueri ne sim coactus, quod alias sane propter res domi angustas fieri deberet. Verbo, si benefacta, quibus me plus, quam patrio more cumulasti, bic recitare vellem, essent innumera, & charta bæc ad ea condigne laudanda & amplificanda non sufficeret. Contentum TE, VIR ILLUSTRIS, fore arbitror, quando aperte & ex sincero pectoris affectu fateor, me permultum TIBI debere. Jam dudum quidem optavi occasionem, qua gratum meum TIBI, PATRONE OPTI-ME, declarare possem animum, sed bastenus felicitas illa mibi non contigit. Jam vero mibi datur potestas, aliquo modo saltim gratam meam mentem TIBI, VIR IL-LUSTRIS, hisce pagellis, tanquam primitiis ingenii mei tenuis offerendi. Consecro itaque TIBI, MÆCENAS OPTIME, banc meam Differtationem Inauguralem. Accipe, quæso, illam serena fronte, eamque tanquam submisfi & grati mei animi tesseram intueri haud dedignare. Quodsi autem, VIR ILLUSTRIS, in bac Disfertatione. quid invenires, quod TUUM esset, benevole perpendas ro-A A A go,

go, me nihil, nifi quod TUUM eft, TIBI offerre posse; omnia enim, quæ de scientia medica babeo, ex ore TUO eruditissimo percepi. Quod vero reliquum est, nihil magis in votis babeo, quam, ut summus Archiater TE, PA-TRONE COLENDISSIME, tanquamfriderician æ & Orbis Eruditi ORNAMENTUM TUÆQUE SPLEN-DIDISSIMÆ FAMILIÆ fulcrum & solatium in seros conservet annos, quo siet, ut tam fridericiana, omnesque Eruditi & TUA FLORIDISSIMA FAMI-LIA babeant, de quo non minus gloriari, quam gratulari sibi possint. Vale, VIR ILLUSTRIS & illi amorem & favorem TUUM ulterius largire, qui omni semper observantia & devotione erit

## VIR ILLUSTRIS EXCELLENTISSIME, EXPERIENTISSIME, MAGNI TUI NOMINIS

out at the same

199 - Byter and the water fait and

Service's logical statistics

Stul. - Conjeto staque vente, MACENAS

traie prilant antimum, led badenas f

3, bifter pare dire a with a with the thirty

a strategy for

The second the test of the

11000 STS

cultor obsequiosissimus HENRICUS CONRADUS RENNEWALD.



## PRÆFAMEN.



Ultoties mecum cogitavi, quale pro Differtatione Inaugurali mihi eligere poffem Thema cum ubique & de omnibus, quibus corpus humanum corripitur affectibus fatis fuperque jam actum fit & fcriptum.

De Panaritio quidem, tanquam morbo chirurgico, ab intuitu quidem leviori, sed ob concomitantia illum symptomata graviori, affectu disserere mihi animus suit, sed nescio, quo casu factum, ut diverse jam de hoc affectu Dissertationes mihi in conspectum venirent, quare hanc tractationem, quam jam inceperam, iterum omisi. Verum enim vero, cum sors fors ita tulerit, ut præterito hyemali semestri Dn. D. PRÆSES in fuo Collegio Chymico dogmaticoexperimentali, quod frequentandi summa mihisem. per fuit voluptas, ad explicationem Boracis pervenisset, inter alia etiam & quasi in parenthesi mentionem faciebat, quod, quantum sibi constaret, de hoc fubjecto vexatiffimo haud multum, multo minus fæpe quid adhuc Differtationis loco fcriptum fit. Hanc itaque arripui occasionem, & cum tempus vitæ meæ Academicæ valedicendi nunc appropinquaret, Dissertationem Inauguralem de BORACE conscribere in me suscepi. Recte autem tunc temporis dixit Dn. PRÆSES, quod fit sal vexatissimum, id quod effatum verum expertus fum & multas mihi creavit vexas. Interim autem cum B. LUTHERO sentiendum, quando effatus est: imus, ubi poffumus, ubi non poffumus, stamus. Non quidem negandum est, quod in libris Chymicorum de hoc sale fiat mentio, nec aliqui omiserunt experimenta cum borace instituere, quæ omnia pro meis hic venditare potuissem. Cum vero juxta Ho-RAT. dulcius ex ipso fonte bibantur aquæ; itaipse cum Borace experimentatus fum, fecundum quorundam guidem chymicorum inftitutum, & guod ex hisce experimentis, quantum a me fieri potuit, deducendum fuit, infra exponam. Cui labori nec non reliquis meis conatibus, ut Divina Clementia sua benedictione semper adesse velit, ardentibus precibus efflagito. venirest, quare hane tracistionein,

fors

Seven Kerum omis. Verum enim vero, cam

Q

Uandoquidem de *Borace* differere mihi animus eft, durum fane fuscipio opus, fiquidem tantæ inter eruditos funt controversiæ de hujus falis indole, deque illius modo præparan-

di & depurandi, ut fere erubescerem cum hujus tractatione in medium prodire, quoniam cum illis Viris Celeberrimis, quorum ingenia multopere exercuit boracis disquisitio, minime sim comparandus: attamen hoc non obstante, nullo modo deterreor, hanc tractationem in me suscipere, sperans, me ea aliquibus saltim utilitatem quandam allaturum. In limine itaque mox Boracis trado descriptionem sequentem: Borax est Substantia mineralis aut fossilis saltina albicans, pellucida, saporis dulc-amaricantis urinosi, crystallis polyedris prædita & alumen maxime referens, artificiali encbiris depurata.

\*\*\*\* ( 9 ) <del>38</del>\*\*

§. I.

§. II.

Ut ordo Differtationem conscribendi rite & quantum fieri potest, observetur, ad Onomatologiam me proxime accingo. Derivatur itaque a voce Arabica Baurach sive Baurac, quod apud veteres nitrum fignificavit: Go-LIUS in Lexic. Arabico col. 260. ex voce Arabica Burack vel Burackon Borax vulgare esse ortum autumat: nec multum diffentit BRUNO in Lex. Medic. pog. 180. scribens, quod Borax nomine suo proxime accedat ad Arabicum Baurac. Alii derivant a Græcis, uti LEMERY in Lex. Material. & quidem a Boi clamor, sonus & éw, suo provenire afferit, quoniam in certis fluminibus strepitum edentibus reperiri existimat, quam sententiam quoque fovet KENTMANNUS in Nomencl. fossil. Huc etiam aliqua-B

## 

tenus spectant verba, quæ vielhever in der Material-Beschreibung p. 26. poluit, inquiens: Der Borax wird ge= funden in den flieffenden Waffern Die Das Turbetische Geburge durchwandern; in dem Grunden folcher Rluffe, wachfet der Borar jusammen wie Die Corallen. confer. quoque POMETS aufrichtiger Materialist p. 775. item BURGGRAFF in Lex. universal. tit. Borax. MATHESIUS in feinen Berg-Predigten concion. XI. p. 170. putat, quoniam e terra eruitur Borax, quod inde ab effediendo nomen nacta fit. Synonimice vocatur Sal uterinum a virtute quam poffidet uterinam, non minus quibusdam audit Sal Lucinæ & quæ funt plura fynonima vid. LANGIUS Miscell. curios. pag. 102. Sic etiam Auriocolla, Capiftrum Auri appellatur, quoniam aurifabri ad conglutinanda metalla præfertim aurum & argentum eo utuntur: ob eandem qualitatem etiam vocatur Chryfocolla a græco verbo xeuos aurum & colla i. e. gluten, sed magis improprie, nam Chrysocolla veterum Græcorum longe aliud fiftit fubjectum quam borax, magnaque intercedit differentia vid. PARACELSUS in manuali Chirurg. & FALLOPIUS Cap. 31. de Metallis. Siguidem Chryfocolla veterum Græcorum ut Diofcoridis & Galeni productum metallicum & æruginis naturalis species est, & sunt ejus principia non alia, quam venerea, unde septicam habet virtutem vid. DN. D. PR ÆSI-DIS femper a me devenerandi Mater. Med. pag. 484. quare etiam non mirandum eft, fi fecundum Diofcoridem vomitus, quin imo mortem procuraverit.

6. III.

Quando nunc ad originem & ortum Boracis animum dirigo, tunc magna hic occurrit inter eruditos controvertroversa: alii enim putant, quod Borax fit artis produ-Etum, alii vero naturale aut nativum subjectum es-Inter illos, qui arte boracem confici fe contendunt. credunt, iterum summa quoad modum præparandi & compositiones est discrepantia. Sic v. g. PARACELsus in Append. Chirurg. magnæ tradit, quod optime ex aluminis, falis Ammoniaci & Tartari calcinati anatica portione in aqua bullientibus & in alcali coctis præparari queat. RIVINUS in Manuduct. ad Chym. p. 44. eandem fere paucis tamen mutatis addit compositionem : aliam minus adæquatam boracis factitii compositionem exhibet UNZER. in tract. de Sale p. 70. MATHESIUS Theologus quidem, infuper autem metallurga versatislimus, Boracem ex nitro & urina puerorum confici judicat in SARREPTA conc. XI. pag. 170. Alii fuerunt, qui alumen crudum pulverifat. in lacte caprillo per octiduum folvere & digerere, hinc rurfus coagulare & loco boracis ufurpare voluerunt, teste LENTILIO in Ephem. Nat. Curiof. Dec. II. An. III. append. p. 513. Retulit etiam mihi DN. D. PRÆSES, Mæcenas meus Optimus & Polyhistor fine pari, quod aliquot ante annis Hamburgi fuerint, qui ex alumine Boracem arte depromere arbitrati fint, fed oleum & operam perdiderunt: multum enim, uti facile credendum, pecuniæ huic labori impenderunt, nihilque adfocuti funt: nam in borace terra est subtiliter vitrescibilis, quæ non æque in alumine reperitur, fed illius terra est Styptica, crassa, adstringens. Jam citatus LENTILIUS addit etiam. 1.a. Compositionem Boracis, quam Venetiis usualem esse in manuscripto chemico quodam legerat & est talis. "Rec. Lactis vaccini destillat. libr. ij. Mell. despum. Unc. "iv. Croc. Unc. iij. Nitri purificati, ita ut nullam amplius B 2

"acri-

\*\*\*\*\* ( 12 ) 98\*

"acrimoniam habeat, fed fubdulce fit libr. IV. in corpo-" rentur omnia cum lacte dissolvendo ad ignem, demum mitte in olla vitreata in locum frigidum & humidum per mensem. Lapis deinde in fundo repertus sic ite-, rum depuretur Rec. Dicti Lapid. libr. 1. Aquæ Simpl. "deft. libr. IV. ad ignem omnia diffolve, fimulque despu-"ma & cum nulla spuma superfuerit, refrigerata jam a-"qua effundatur & invenies Boracem veriffimam." An ex qualibet harum compositione Borax acquiri possit nec negare, nec affirmare audeo, fiquidem, quod bene fateor, nunquam cum illis periculum feci. Aliam Boracis compositionem allegabo, quam nimirum schroe-DERUS in Pharmac. sequentem in modum exhibet. , Rec. Salis Ammoniac. nitri, Tartari calcinat. Gum. Arab. "Salis commun. ana unc. I. Maftich. Alum. roch. ana unc. "femis: Pulverifatis infundatur urina, filtretur & coquatur tam diu donec fal evadat. " Verum enim vero Frieder. HOFFMANN. in Clave ad Schrad. pag. 117. J. 280. penitus rejicit hancce methodum præparandi, inquiens, quod Dni Auctoris (Schræderi nempe) compositio nullius fit usus: idem judicium fert de hac compositione ETTMÜLLER. in Comment. ad Schræderum. Fallo etiam nonnulli autumant, Boracem Venetiis ex lapide speculari Europæo parari, cujus afferti Patronus eft KENT-MANN. in tr. de Lapid. subterran. Alii pertinaciter contendunt, veram Boracem ex Sacharo, nitro, Soda & Tartaro confici posse. PLINIUS Hift. Nat. Lib. 33. cop. 5. recenser, dari Boracem herbaceam, nempe fi borax factitia cum herba quadam lutea tingitur. Singulæ vero hæ compositiones cum nativi Boracis natura & genuinis illius

lius principiis neutiquam conveniunt, fed quadantenus Boraci æmula fubjecta dicenda funt; de quo etiam b. STAHLIUS in fuppl Becher. p. 203. mentionem injicit, quod fub præparatione Croci antimonii cujusdam tale fubjectum, Boraci æmulum, acquifiverit. Quanta igitur circa modum arte Boracem componendi fententiarum ac opinionum fit diverfitas, quilibet facile perfpiciet, ideoque plurimas faltim, quæ proftant de Borace compofitiones, huc recitare fas omnino fuit. Plures quidem afferre poffem, cum vero ex adductis diversæ Auctorum fententiæ jam fatis elucescant, ita plures alias compositiones allegare non necessaria.

#### §. IV.

Eft autem Borax non artis productum, fed omnino fal minerale, nativum, nam relatum reperimus, quod in India Orientali, quin imo in Perfiæ quibusdam regionibus e terra effodiatur in forma Lapidis albi, quæ minera vocatur Tincal vel Tincar conf. Casp. HOFFMANN. in Paralypom officinal. Cap. L. & Fried. HOFFMANN. in cl. ad Schræderum I.a. ubi dicit, quod vera Borax, qualem habemus, ex quadam minera conficiatur. Sic etiam LI-STER de Conchyl. bivalv. Part. III. pag. 146. quod ex fale quodam fossili Indico, Tincal dicto, Borax ortum suum trahat, affirmat. Nec diffentit AGRICOLA Lib. III. de Na. tura fossili inquiens, quod fit fal nativum in terra repertum, ac aliorum fossilium more excisum. Ex horum fententia stat quoque KENTMANNUS in Nomenel. fosfil. pag. 10. CÆSALPINUS Lib. I. cap. 2. POMETS aufrichtiger Materialist loc. cit. STAHL in specim. Becher. pag. 104. DN. D. PRÆSES in Chym. Sett. II. Cop. 1. J. 25. p. 31. Nicol. LE-B 3 MERY

### 端은 (14) 36%

MERI in Lex. Mater. scribit : Borras ift ein mineralisches Sals, welches die Farbe wie Sal gemmæ hat, auch fo durchsichtig ift. Transfertur etiam hic lapis ab Infula Ceylon ad Belgas & Anglos, ubi vero non ita rite ac in Venetiis parare sciunt : conf. MARX in Der Material-Cammer. Ad genefin Boracis aut modum fiendi quod spe-Stat, tunc non incongruum fore judico, fi quædam de ea afferam, præsertim, cum in libris chymicorum plurimis, nulla de ea fit mentio. Ita autem refert Alexius PEDEMONTANVS in Libro de Secretis Lib. VI. pag. 302. "quod in auri & argenti atque etiam æris fodinis Perfiæ "nonnullis aqua quædam inveniatur, quam una cum fæ-"cibus collectam coquerent illi, qui huic commercio fe "dicarunt, ut in lapides concrescat, hisque axungiam "porcinam vel alterius animalis pinguedinem adderent, "quodque hoc facto ad fodinas se conferrent, ibique am-"plam fossam pararent, cujus fundum tali materia reple-"rent & fuper hanc massam lapillos nominatos colloca-"rent, deinde rursus adipis massam & sic stratum super-"ftratum ad eam, quam optarent altitudinem, pergerent, "illa tamen fervata cautela, ut extremum fratum ex illa "pingui materia constet. Post aliquot menses effodiun-, tur autem tales lapilli cum viscosa & adiposa substantia "concreti, quam materiam aut massam deinde in dolia "immittunt atque tali modo in varias regiones, ut de "puretur, transvehunt. " Cum hoc fiendi modo maxime consentit GEOFFROY in Mater. Med. Part. I. de fosfilibus p.153. qui iisdem, quibus Alexius PEDEMONTANUS in describenda hac Boracis genesi usus est circumstantiis. De Genefi Boracis in India Orientali conf. Paul HER. MANNUS

### \*\*\*\* ( 15 ) <del>38</del>\*

MANNUS in Cynof. Mater. Med. pog. 318. Talis itaque Borax quando effoditur e terra materia sebacea obducta est, quæ vocatur Borax cruda: ficuti de hac materia viscofa, boraci adhærente, etiam testatur LEMERY in Lex. Mater. loc. cit. POMET. in Histor. Material. loc. cit. qui etiam addit rationem, cur talis pinguis, viscosa materia illi adhæreat, nimirum, ut ab aeris ingressu & accessu præservetur, alias enim abillo calcinaretur. Ut itaque ab hac nominata viscosa & pingui materia separetur, transvehitur 'talis pasta ad varia loca, præsertim vero Venetias, ubi depuratur optime, ita ut in forma tali crystallina, uti venalis est, appareat, ideoque de loco, quippe quo depuratio ejus perficitur nomen Boracis Veneza nacta fit. Quomodo autem illa depuratio inftituatur, quibus additamentis perficiatur, res est explicatu difficillima: nam Veneti semper pro arcano habent hanc artem, neque, uti facile credendum, aliquem ad suos officinas admit-Interim putant guidam, guod mineræ tali antea tent. crematæ affundant urinam, item lixivium cinerum, quod deinde hance miscelam coquant, & ad crystallifationem reponant: conf.HERMANN. Cynof. Mater. Med. l.c. Alium depurandi modum allegat FOMET. in Hift. Mater. loc. cit. Verum enim vero supra citatus jam Auctor Alexius PE-DEMONTANUS 1. a. p. 304. Methodum depurandi, perfecte, uti testatur, tradit: quoniam vero magna in ea describenda occurrit prolixitas, ita potius benevolum Lectorem ad librum ipfum ablegabo. Saltim maximam præ se fert probabilitatem: vixit enim Vir ille in Italia & quidem Mediolani, tanquam loco non ita procul distante a Venetiis, ut its majorem certitudinem de hac metho-

## \*\*\*\* ( 16 ). 38

methodo depurandi Boracem acquirere potuerit, quam reliquæ nationes, & præterea refert ifte auctor, quod Venetus cum muliere quadam, ab illo edocta ibi commoratus fuerit ac depurationem Boracis fuftinuerit, unde magnum fecerit quæftum : infuper etiam in proæmio ponit, quod nihil hoc in libro contineatur, quod non certiffimum fit & veriffimum. Ex his inquam circumftantiis fere ad veritatem proceffus concludere licet : interim vero nulli tanquam infallibilem veritatem obtrudere volo; fides fit penes Auctorem. JUNGIUS *in Doxofcopia Phyfica Part. II. Sect. II. cop. VII.* putat, quod Borax ante cremationem & præparationem fit lapis albus, nullius faporis & qui in aqua non poffit folvi.

Q. \

Ad Notas bonitatis quod attinet, tunc Borax debet effe craffa, dura, alba, clara & pellucida: optima etiam est, quæ ex Venetiis affertur: ex Anglia & Hollandia quidem etiam apportatur; tamen hæcillud, quod Veneta præftat, præftare non valet. vid. MARX in Der Material-Cammer p. 74. Præterea etiam prospiciendum, ne cum alumine fit adulterata & intermixta, nam impostores hac utuntur fraude, ut aluminis frusta in oleum amygdalinum & lactis serum ponant: alii addunt mel vel sacharum, ut fapor acris, adstringens aluminis obtundatur vid. Alexius Pedemontan. loc. cit. Sed a peritis facile fequentibus detegi fraus poteft; sapor enim aluminis val. de adstringens est & acris, qualem vero in borace non sentimus: deinde; quando talis adulterata Borax funditur, non ita spumescit, & ebullit, uti borax vera, nec terram vitrescibilem, quæ post fusionem Boracis remanet,

\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*

net, largitur, fed tantum materiam albam, friabilem relinguit : tertio etiam talis Borax adulterata non ita fele praestat & gerit in fusione & liquefactione metallorum, quam vera. Decidere autem, an nitrum, quod apud veteres sub nomine Baurach venit, idem cum borace fuerit, eft difficilius. KENTMANNUS enim putavit, quod Borax fit de Profapia nitri. Sic enim BERGER de Thermis Carolin. cap. IV. p. 30. refert, quod Borax nihil aliud fit ac nitri nativi species. Sed illud non sentiendum eft de Nitro nostrate, nitrum enim Veterum longe aliud fiftit fubjectum ac nitrum recentiorum, id quod bene annotavit DN. D. PRÆSES filiali amore & observantia sem. per a me colendus, in Chym. Cop. III. de Acido nieri f. 1. pag. 49. Sed adhuc alia suboritur confusio, dum quidam putant, uti inter alios MATHESIUS in feinen Berg= Dres Digten conc. XI. pag. 169. colum. 2. circa finem, quod vox Baurach & Borith fit una eademque: quando enim IE. REMIAS Cap. 22. verf. 22. dicit: Etfe laveris te nitro & multiplicaveris te Borith, tamen maculatus es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. Hinc arbitratus eft. quod Baurach & Borith fint Synonima, idque circo fir unum idemque, inquit enim MATHES. l.a. Dies hebrais fche Wort Borith oder Borris, will fchlecht der Goldfchmie= De Borris oder Borrax fenn: aft ex hiftoria naturali fcimus. quod Borith fit herba illa, quæ a Botanicis Kali vocatur germ. Seiffen-Rraut, Glag-Rraut, quæ veteribus popu. lis in balneis ufualis fuit, & quæ adhuc circa littora maritima uberrime crefcit, uti etiam non procul abhinc, nimirum ju Relme an der Gulgte Kali illud geniculatum majus in magna copia reperitur: plura autem qui defiderat, adear

## \*\*\*\* ( 18 ) <del>38</del>

adeat Job. Mich. LANGII Theologi Differtationem primam de Herba Borith, ubi admodum differte & prolixe de hac herba egit. Est itaque Borith vegetabile, Baurach vero regnum minerale sibi vindicat. Videmus itaque hæc duo subjecta ut cælum a terra a se invicem discrepare, ideoque non esse confundenda.

#### §. VI.

Tradita jam jam paululum Historia naturali, proximum nunc erit, ut quid Borax, quoad fubftantiam, proprie fit, quale fal constituat, indicem. Quodfi vero hanc tractationem in me fuscipiam, certe intricatum, arduumque aggredior opus, fiquidem tam variæ circa indolem corporis hujus falini circumvolutant fententiæ, tantaque difficultas propriam hujus falis effentiam eruendi ab Auctoribus profertur, ut profecto, quid statuendum, & ego ambigere jure debeam. Alii enim Boracem effe Alcali fixum, alii Acidum fal constituere afferunt & rurfus alii pro mixto ex acido & alcali sale reputare & hanc ob caufam fal medium nuncupare Boracem volunt, licet omnia quæ proftant & quæ vocantur falia media ex acido vitriolico proprie aut ipfi analogo quoad effentiam & alcali quodam inter fe invicem contemperatis conflata fint, rectius omnino judicarem: conf. DN. D. PRÆSES in Chymia Sect. II. cap. II. de Acido vitriolico Thef. VI. p. 36. Unde autem acidum vitriolicum in Borace? Verum enim vero, cum per artem chymicam corporum principia, aut partes conftitutivæ optime eruantur & manifestæ reddantur; ita quoque normam hanc & regulam fequar, eaque cum Borace facta a me experimenta jam jam indicabo. Primo autem folvi Boracem in aqua, quæ miscela per tres fere

fere dies noctesque stetit, hunc quidem in finem, ut folutio inde evaderet faturatior: Hanc folutionem in æ. quales divisi portiones, quarum alteri infundebam spiritum vitrioli, alteri vero oleum Tartari per deliquium admiscebam; sed quo cum effectu, quæras? Nulla scilicet inde fuboriebatur ebullitio, neque cum acido, neque cum alcali effervescentia contigit. Ex hoc quidem phænomeno quidam falis medii effentiam explicare & demonstrare putant, & licet verum sit, quod & salia media neque cum acido neque cum alcali effervescant, tamen ex hoc uno phænomeno & criterio ad falis medii præsentiam concludere velle, non sufficere mihi videtur,. fiquidem multa alia dantur subjecta, quæ neque cum a. cido, neque cum alcali effervescunt aut ebullitionem fubeunt: Quis aurem quæso illis nomen salis medii impertire & attribuere vellet: Sic clarum & perspicuum nobis exhibet exemplum fapo. Si enimilli infundimus acidum spiritum, five fit spiritus vitrioli, five nitri, five falis communis, tunc cum neutro horum effervescit; alcali si faponi feorfim admifcimus, nullam quoque inde producimus alterationem. Quis ergo ex hoc folo fundamento, quia Borax nec cum alcali, nec cum acido effervescit, concludere veller, quod fit fal medium? Alia omnino mihi magis arridet ratio, quod nimirum partim unctuofa & pinguis substantia eidem insit, quæ impedimento est, quo minus particulæ salinæ extricare sefe possint: nam neque acida neque alcalia potentiam fuam in corpora talia, quæ cum paulo largiori principio pingui imbuta & imprægnata funt, exercere poffunt: partim autem ob 2 . ferræ

### 198 ( 20 ) 98th

terræ vitrescibilis compactam ac densam admodum qualitatem haud facile efficaciam exerere possunt salia.

#### 6. VII.

Statuens itaque materiam unctuosam, pinguem, quæ in Borace præfto eft, impedire potiffimum, quo minus effentiam falis perferutari queamus, varias formavi meditationes, qua nempe ratione & encheiresi hæc fubstantia viscosa, pinguis semoveri possir, cum nuspiam invenire potuerim, quomodo id affequi valerem. Simpliciffimum autem mox inftituebam experimentum, tere. bam enim Boracem cum cineribus lignorum, judicans materiam hancce pinguem absorberi a cineribus, cum alias conster, quod cineres cum materia pingui, oleosa, febacea, unctuosa facile connubium ineant : Massulæ itaque huic, dicto modo præparatæ, affundebam aquam, ut Borax faltim folvi poffer, cumque perdiem noctemque fteterat, solutionem filtrabam & dimidiæ solutionis parti instillabam spiritum vitrioli; alteri dimidio oleum Tartari per delig. admiscebam, nulla vero inde suborta effervescentia. Cum autem portioni folutionis, quæ adhuc in vitro in pauca admodum quantitate fupra maffulam remanferat, spiritum acidum infunderem, statim effervescebat. Mirum sane id mihi videbatur, qui eveniret, ut nunc effervescentia suboriatur : sed blanda hæc fraus mox detegebatur, cum confiderarem, quod in cineribus lignorum alcali adfit & inde profecta fit acidi cum alcali ebullitio. Cumigitur viderem, hocce experimentum non ad vota fuccedere, aliud alio modo inftituebam experimentum; fumebam nimirum furfurem fecalinum & idem cum antecedendi fuit procedendi modus, nihil vero

vero quoque inde efficere potui. Licet autem, quod intendebam, re ipfa non evenerit, tamen ad illustrationem quandam meliorem huc apponere non dubitavi. Interim, quid alia a me facta experimenta promittant, Quando igitur folutio Boracis cum fynunc videndum. rupo violarum permifcetur, tunc viridem ille nancifcitur colorem, id quidem more alcalinorum contingit: Præterea etiam folutio Boracis folutionem Mercurii fub. limati in colorem mutat aurantium: porro Borax folutus præcipitat solutionem vitrioli, Mercurii vivi in aqua forti folut. item folutionem argenti; nec non cupri in spiritu falis solut. præcipitat; Quæ singula satis superque de alcalina Boracis indole teftantur. Si folutio Boracis cum folutione aluminis ad faturitatem usque miscetur i.e. usque dum folutio Boracis nihil amplius ex folutione aluminis præcipitat : & hæ duæ permixtæ & combinatæ folutiones, decantantur, filtrantur & evaporantur, tunc cry. stalli in sublime vasis feruntur, quod experimentum de volatilitate Boracis testimonium præbet. Quando etiam folutio Boracis cum falis Ammoniaci folutione combinatur, tunc inde ascendit odor urinoso volatilis, id quod etiam expectandum & animadvertendum erit, fi Borax cum fale Ammoniaco in mortario probe teritur. Nonne autem luculentifimum inde alcalinum Boracis principium poteft demonstrari? periculum enim aliquis faciat, an cum acido etiam talis odor urinofo volatilis penetrans ex fale Ammoniaco elici & produci poffit. Non credo.

#### §. VIII.

Sicuti antea in liquidis & via humida tractavi Bo-C 3 racem;

### 端음 (22) 38年

racem; ita quid ignis aut via ficca valeat etiam tentan. dum erit & indicandum. Quando igitur Borax per se funditur in crucibulo, tunc inde exfurgit vapor, ebullit & fpumescit vehementer. Post fusionem in crucibulo remanet vitrum pellucidum, elegantifimum, inftar crystalli. Hoc experimentum itaque evidentisfimum præbet testimonium, quod Borax & reliqua salia ex terra & aqua combinata fint: nam vapor, ebullitio & spumescentia, quæ in fusione hujus subjecti animadvertuntur, de aquea portione hujus falis fatis superque testantur. Terra autem se manifestat in pellucida illa dura atque compacta massa residua. Et præterea, si ullibi, certo cum hoc experimento Terra prima BECHERI, quæ est Vitrescibilis, omni cum veritate potest comprobari. Quamvis vero Borax post fusionem in tam durum vitrum mutetur, nihilo tamen minus putavit HOMBERGIUS, quod Borax, jam avolata omni humiditate & in vitrum fufa, denuo folvi poffit: illud autem veritati non respondet vid STAHLIUS in tr. de Salibus pag. 27. Periculum enim feci, sed præstare minime potui; siquidem tam dura est post fusionem massa, ut trituræ in mortario ne obtemperet quidem, multum itaque abest, ut in aqua solvi possit iterum post fusionem. Si autem factum esset, tunc non omnis aqua avolata est ex borace & consequenter autem non in perfectum & durum vitrum redactum effe, arbitrandum.

#### 6. IX.

Quodfi vero Borax cum nitro fundatur, tunc non deflagrat cum nitro. Ex quo quidem phœnomeno inflammabile principium in Borace dubium reddi possit: nam

nam communis Chymicorum regula est & assertio, quod illa corpora, quæ cum nitro deflagrant, de inflammabili, sulphureo principio participent, & vicisim ea, quæ cum nitro fusa, deflagrationem non manifestent, illo principio Phoyiso fint orbata. Licet autem hoc princidium Orogison f. inflammabile non æque a priori, ex hoc quidem experimento manifesterur, tamen a posteriori five ex effectu satis demonstrari & probari potest & quidem hoc proceffu, quando nimirum metallum quoddam exustum, disgregatum & principio suo inflammabili destitutum, cum Borace iterum funditur, tunc metallica rursus emergit ac provenit facies, forma ac substantia, quod non factum effet, nisi huic metallo exusto, a Borace principium inflammabile iterum fuiffet fuppeditatum. Ut autem redeam unde veni, ad fusionem nimirum Boracis cum nitro, tunc adhuc indicandum erit, quod re-· fidua in crucibulo pars, poft femotionem ab igne, alba & candida evaferit, quæ maffa alcalinæ indolis fuit ac naturæ, nam effervescebat cum spiritu acido; præterea autem aëri exposita liquescit secundum alcalinorum naturam; fapor erat acris, caufticus inftar fcoriæ reguli antimonii, ex qua Tinctura antimonii conficitur. Quis itaque mihi vitio vertet, fi ex dictis etiam ad præsentiam falis alcalini in Borace concludo? Objicere quidem posfet quispiam, quod potius terra alcalina nitri, quam Boracis fit, quæ in crucibulo reftitit. Sed huic refpondeo, quod omnino verum fit, quod, dum acidum nitri fub fufione avolavit, ejusdem Terra alcalina remanserit: quum vero multo major in crucibulo, quam additi nitri portio restaret, certe difficile erit, terram Boracis residuam hic excludere velle. 6. X.

Borax fi per fe & folitarie ex retorta destillatur, ni. hil nifi aquam claram, nullius faporis & odoris obtinemus, remanet autem in retorta massa pellucida. Cum vero fine additamento nihil aliud ex Borace eliciendum effe arbitrarer, aliter labor erat inftituendus. Sumebam itaque Boracis unc. unam & dimidiam, fpiritus vitrioli & olei vitrioli ana unc. unam. (Nota: Oleum vitrioli hunc in finem addere mihi placuit, ut faltim spiritus vitrioli jam paulisper debilitatus in activitate sua acuatur). Boracem primo, deinde vero oleum & spiritum vitrioli indidi retortæ, magna mox aderat incalescentia adeo, ut retortam manibus prehendere nullus fere poffet : Statim autem adornabam destillationem, quodque accepi, jam indico: liquor nimirum prodiit pellucidus, acidus fapore. Ouid autem de hoc liquore sentiendum, num acidum eft Boracis, vel eft ipfummet acidum vitriolicum? Posterius potius affirmo, nec, ut arbitror fine ratione, fiquidem, fimulac adhunc processum pertinentia retortæ indiderim, confestim fine ulla digestione, destillationem instituebam. Nunc autem conftat, quod, quo duriora funt corpora, eo tardior & difficilior in ea fit accessus & ingreffus, quod etiam valet de Borace, nam ejus terra est firmillima ac denlissima æque ac vitrescibilis, in cujus poros non ita facile intrare possunt salia. Quapropter acidum, quod affusum erat, vitriolicum, adhuc liberum rursus vi ignis in vas recipiens tranfire debuit. Quod data hæc ratio vera ac veritate & effectu fundata fit, experimentum, mox fecuturum multo magis confirmabit. Interim autem, antequam hunc desero processium, adhuc de Capite

端은 ( 25 ) 别味

pite mortuo pauca erunt notanda. Obscura nimirum & nigricans erat massa, huic affundebam aquam puram, fontanam & tali modo paratam seposui, quo factum est, ut quatuor aut quinque dierum spatio, potiori & majori aquæ parte tum evaporata, cryftalli in altiflimum vafis fublimati in conspectum venirent, qua de causa non vereor afferere, volatilitatem Boracis inde effe quodammodo demonstrandam, & hoc illud constituit Sal volatile Boracis, quod HOMBERGIUS referente B. STAHLIO in tr. de Salibus p. 27. ex Borace, mediante oleo vitrioli elicuit, licet non fit ita volatile, ut in libero aëre avolet: nec fapor adeo urinofus eft, tamen falinus.

#### 0. XI.

Sequitur nunc illud experimentum, ad quod præcedente §o provocavi, & ita fefe habet: scilicet sume. bam Boracis unc. unam, Spiritus vitrioli eandem quantitatem: indidi retortæ Boracem, huic superaffundebam spiritum vitrioli; hoc facto, retortam cum miscela sepofui ac per duos dies in digestione reliqui: postea vero destillationem institui ex capella arenaria, illa vero igne non ita forti, sed mediocri peracta, obtinui liquorem limpidum, pellucidum, clarum, non acidum, quod bene notandum, sed fapor erat unctuosus, viscosus, paululum infuper falfus & fere dixerim, quod oleo Tartari per deliquium aliquo modo accedat, nifi quod cum acidis non effervescat. Sed cur, quæso, in hoc processi non æque ac in antecedenti acidum prodiit? Dispiciendum itaque eft, unde contigerit. Totum autem punctum differentiæ productorum in eo confistit, ut in hoc experimento ante destillationem digestio sufficiens instiruta fuerit, hunc quidem

### 编辑 (26) 38种

quidem in finem, ut mora temporis acidum vitriolicum efficaciam fuam in terram Boracis, alias compactiffimam, exerere poffit, quæ vero digeftio in priori cafu minime facta fuit, quæ tamen ad ingreffum in talem firmiffimam terram fibi parandam fumme neceffaria fuit. Liquor hic prodiens autem nihil aliud eft, quam phlegma Boracis cum pingui substantia remixta, quæ eadem de inflammabili Boracis principio testatur. Præterea autem Caput mortuum hujus processus etiam examinandum venit. Erat massa, quæ in retorta post destillationem restiterat, albicans, ficca, non denfa, fed porofa, levis infuper & miculis splendescentibus ubique intertexta. Sed admiratione fane dignum judico illud phænomenon, quando nimirum hocce caput mortuum per aliquot dies affervatur, tunc plane deliquescit & massa evadit viscosa ac glutinofa inftar gummi Arabici soluti & inspissati. Sed unde hæç deliquescentia & subsequens visciditas dependeat, divinatu profecto difficile erit: attamen, ut explicationem non ficco pede transeam, hanc faltim fententiam foveo, quod hæc alteratio maxime aëris qualitati deliquatoriæ fit attribuenda; fiquidem spiritus vitrioli se cum terra vitrescibili Boracis intime miscuit & per calorem, abstracto nominato liquore, condensatus & exficcatus fuit: Cum vero aër accessit & supervenit, tunc virtute fua deliquatoria massam hanc, antea solidam & siccam ita immutavit, ut talem liquabilem & glutinofam qualiratem & confistentiam acquifiverit: quemadmodum præterea verofimile mihi videtur, quod terra Boracis alcalina ab acido non satis fuerit saturata, unde etiam multo facilius in talem liquidam massam ab aëre converti potuit. Analo.

· ( 27 ) 384

Analogiam hujus phœnomeni & illius explicationis fuppeditatæ clare videmus, quando sal commune aëri libe. ro exponitur, licet antea ficcum fit, tamen aëris accessu deliquescit; id quod tanto celerius contingit, quando in tali sale prædominatur alcali. Sed nunc etiam indicandam erit, quomodo amplius hocce Caput mortuum tra-Aavi. Solvi autem illud in aqua pura, folutionem evaporavi & ad crystallifationem deposui & exinde impetravi crystallos magis depressas admodum parvas, hastatas, facile in ore deliquescentes, saporis dulc amaricantis, quod aliquatenus indicium falis medii præbet. Ratio autem totius hujus processus ita sele habet: acidum vitriolicum fe combinavir cum terra alcalina Boracis camque refolvit ita, ut liquor iste pinguis supra notatus transire debuerit & alcali Boracis remanserit. Cogitabam quidem acidum ex Borace mediante hoc spiritu vitriolico depromere, cum alias acidum vitriolicum inter reliqua acida est potentissimum, quod omnia acida superat & a compedibus fuis liberat, ita ut quafi in nuda fua. substantia transire per destillationem debeant: fic v.g. cum acido vitriolico spiritum nitri & salis communis elicere possumus facili opera conf. DN. D. PRÆSIDIS Chym. loc. cit. thef. XIV. p. 39. & in diff. de Vitvioli elogio. Sed propositum meum non adsecutus sum. Interea tamen aliqui putant, quod acidum ex Borace obtineri queat, uti BECHERUS in Phys. sua subterran. pag. 272. inquiens, Boracem ex terra vitrescibili & acido universali constare. Quid quod B. STAHLIUS hanc fententiam fovet in Chym. p. n. f. XI. licet in Specim. Becker. magis pro alcalino Bo. racis principio militer. Præterea autem HENCKEL. in 1) 2. Flore

Flora Saturnizante pag. 263. tradit, quod acidum ex Bora. ce sit eliciendum, si modo rite tractaretur. Sed optandum omnino effer, ut hic auctor genuinam tractationem & modum procedendi indicasser. Sed hoc chymicum ænigma ulteriori indagationi & chymico scrutinio est relinguendum. Ego faltem fecundum a me facta & addu-Aa experimenta non aliter judicare & concludere posfum, quam quod Borox constet ex Terra urinoso-alcalina vitrescibili cum pingui, inflammabili & paulisper volatili principio combinata. Similis fere analyfis Boracis reperitur in A.E.L. menf. August. An. 1706. p. 368. ubi verba fic fonant: "Boracem vero ficuti Dn. LEMERY falibus , falfis ideo annumerat, quod nec cum acidis, nec cum "alcalicis effervescat: ita destillationem tam per se, quam , cum aliquo additamento adornat. Boracis quippe li-"bram unam, igne reverberii per gradus e retorta ma-"gna destillatam, multum intumescere, ac non nifi aquæ "limpidæ & infipidæ cum neutro salium ebullientis un-., cias fex cum drachmis totidem suppeditare, restanti-"bus unciis novem & drachmis duabns vitri elegantiffi-"mi ad inftar cryftalli, quod in aqua nihilominus folvi "& loco infignis diuretici propinari valet. Ex Boracis "autem uncia femis cum duplo argillæ ficcæ per deftil-"lationem liquoris limpidi falini ac urinofi drachmas "tres acquiri, e diverso ex Borace cum sale Tartari a-"quam ingratam & unctuosam obtineri: indicio mani-"festo, quia ex Borace haberi nequit, illum ex sale salso "urinofo & pauca substantia oleosa sive bituminosa con-"ftare." Ceterum qui plura circa hoc subjectum experimenta, variasque observationes scire cupit, evolvat Com.

## \*\*\*\* ( 29 ) 365

Commerc. Litterar. Norimberg. An. XXXIV. Hebdom. XVIII. pag. 139. feq. & An. XXXVII. Hebdom. XLVI. pag. 364. fqq. adeat quoque DN. D. PRÆSIDIS Lexicon reale tit. Barax, ubi varia de Borace allegata inveniet.

#### §. XII.

Supereft adhuc, ut, quales virtutes atque dotes posfideat Borax, nunc fignificem. Eft autem tam ufibus mechanicis, metallurgicis, chymicis, quam medicis destinata fubstantia: quod ad usus Mechanicos attinet, tunc præsertim fabri aurarii eam adhibent ad aurum & argentum ferruminandum & conglutinandum; in arte vitriaria confert ad vitra clarificanda & crystallifanda ; quinimo gemmæ artificiales, aliique lapides naturalibus pretiofis æmuli mediante illa confici possunt: vid. NERI Ars Vitrioria & KUNCKELIUS in Commentar. in Neri Artem Vitrior. FAL-LOPIUS in feinen Runft-Buche. Sic etiam DN. D. PR.E. sEs tales Lapides pretiofis æmulos, quos ipfe confecit mediante Borace mihi demonstravit, qui sane oculos magno afficiunt oblectamento. Utuntur quoque fabri ærarii, quando illud metallum; quod in vernacula audit Prinhmetall, parare volunt e.g. Sumunt Cadmiæ & Cupri ana libr. unam, Boracis unc. unam, Nitri unc. dimid. quam massam fundunt & tale metallum inde depromunt. Non minus aurum fophisticum mediante Borace conficipoteft, qualem compositionem tradit DN. D. PRÆSES in Physica sua subterranea in MST Sect. 1. Cap. 1. de Auro. In Metallurgicis ad fusionem & fluorem metallorum facilitandum adhibetur Borax, unde analogiam habet cum Lapide illo albo scissili, qui a metallicolis vocatur Quarg, & hunc metallifufores mineris addunt, quæ fufioni ægre

obtem-

\*\*\*\* ( 30 ) · \*\*\*

obtemperant, indeque fusionem faciliorem & citiorem efficiunt. Sic Borax etiam talem qualitatem metalla liquabilia & fusibilia reddendi poffidet. Verum enim vero, fi aurum cum Borace funditur, inde illud colorem fuum naturalem amittit & pallorem induit: ad hoc vero avertendum, aliquid de fale Ammoniaco aut nitro super addendum erit; de quo vid. CRAMERUS in Arre Docimast. Part. I. f. 135. pag. 16. qui idem auctor quoque exhibet encheiresin, quando nimirum cariora metalla, ut aurum & argentum quis fundere velit, ut cum Borace crucibuli intus perfricentur, prius, quam talia metalla immitterentur, tunc fieret, ut foveolæ tenui crusta vitrea sub fusione obducerentur, ne interna crucibuli alias cavernofa fuperficies cum metallo tali impleretur. Non minus adminutiffimam quoque ex argento cupri portionem educendam Borax cum nitro adhiberi poteft: conf. STAHLII Differt. de Metallurgiæ & Docimafiæ fundamentis pag. 71. In Chymicis ad vitrum Antimonii extemporaneum præparandum confert: metalla disgregata, disfoluta, exusta & principio inflammabili destituta iterum reducit & inunam congeriem ac regulum redigit, quod inflammabili fuo principio est adscribendum. Nune, quid in Medicina valeat Borax, quales vires & virtutes inde expectandæ veniant, erit adducendum. Efficax autem eft & operatur partim cum principio suo falino, partim cum inflammabili & volatili fuo principio: cum priori ergo, falino nempe, abstergit, incidit, refolvit & attenuat, quare in Morbis Chronicis etiam cum falina fua fubftantia adhiberi poteft, diurefin mover, nam stimular vias urinarias & hinc merito inter Aphrodifiaca remedia refertur, ficuti

## 

uti etiam ROLFINC. in Ord. & Meth. Medic. Special. Lib. 1X. Sect. V. Cap. 1. pag. 823. WEDEL. in Amanitat. Mater. Med. pog. 480. DN. D. PRÆSES in Physica fua fubterronea in MST.tit. Borax, talibus remediis annumerant, nec minus HERMANNUS in Cynof. Mater. Med. p. 318. Bolum ad venerem stimulandam sequenti modo tradit ,, Rec. Elect. Dia-"fatyr. Drachm. duas Borac. Scrupul. unum M. In primis autem summopere laudatur ad menses, Lochia & hæmorrhoides promovendas, item ad molam, fecundinas restitantes, fætum mortuum excludendum. In partu difficili tanquam specifico eo utuntur practici, hinc Georg. Wolffg. WEDEL in Differt. de Partu difficili, Boracem tanquam probatiffimum remedium ad partum facilitandum laudat, fimulque mirandum effe judicat, cur Cafp. HOFF-MANNUS in Paralypom officinal. cap. 55. pag. 533. fcribat: "pulverem ex Borace fecretiffimum olim habitum pro æ-"gre parturientibus, sed nullum se bonum effectum vi-"diffe. " Verum enim vero testantur præterea de hac virture ROLFINC. ALBINUS, LANGIUS in Differtationibus de Partu difficili: item STAHLIUS in Differt. de Fætu mortho: nec denegat Boraci talem virtutem expulsivam DN. D. PRÆSES, vid. Ejusd. Therap. General. Cap. XII. de Exclusione secundinarum, molarum & mortui Fætus thes. ult. Præterea autem confert ad Dolores post partum, quando nimirum isti dolores ab adnascentia & adhæsione secundinarum oriuntur: conf. FASCHII differt. de Doloribus poft partum. Nec incongruum fore judico, fi B. LUDOVICI judicium de virtute Boracis hisce adnecto, inquit enim in Oper Diff I. de Aperientibus Mineralibus pag. 251. "Super-"eft Borax, quem - - - felectui nostro tandem appen-"demus»

### \*\*\*\*\* ( 32 ) 38\*\*

"demus, tanquam positis potioribus requisitis, irritans , haud postremum; etiam solitarie, præsertim in secun-"dinis exhibitum. " Tales virtutes autem præftat Borax partim cum principio suo inflammabili & volatili, dum massæ fanguineæ citiorem & celeriorem motum conciliat, partim quoque cum principio falino, dum fibras motrices ad blandam constrictionem excitat. Sed scien. dum, quod Borax hifce qualitatibus plane contrarias virtutes affumat, quando videlicet usque ad expulsionem omnis falis calcinatur: cum enim antea in ordinaria fua. qualitate & substantia menses, lochia &c. promovit, nunc vero calcinatus magis adstringit & fluxus tales retinet & specifice a nonnullis laudatur in fluxibus alvi: conf. HER-HANNUS in Cynof. Mater. med. loc. cit. Infuper tanquam præcipuum remedium in Gonorrhæa Borax calcinata extollitur & Antaphrodifiacum remedium effe fertur : conf. BONETUS in Polyalthe Tom. II. pag. 1211. Externe ad carnem luxuriantem absumendam, item ad vulnera consolidanda commendatur; vid. GALEN. de Simpl. Facult. lib. IX. in fine. Dioscorides Lib. V. p. 104. RULANDUS & JOHNS. in Lex. Chioce. in Muf. Calceol. Sect. 3. pog. 375. Quod tanquam Cosmeticum ad dealbandam cutem a mulierculis adhibeatur & quidem ex ea persuasione, quia Borax pannis sericis nitorem conciliat, testatur GEOFFROY Mater. Med. p. 154. Quod ad Præparata denique attinet, tunc a quibusdam veteribus practicis specierum Diaboracis fit mentio, quæ vero hodie non amplius in officinis proftant. Ceterum vero Borax ingreditur communem & ordinarium Pulverem ad Partum. Sim. PAULI in Quadripart. Botan. cloff. 3. p. 405. describit pulverem ad facilitandum partum

tum BACKMEISTERI & eft fequens: "Rec. fem. Lavend. "unc. fem. fuccin. alb. ppt. Borac. ana fcrup. duos olei "Cinnamom gt jx. F. L. a. pulv. Divid. in iij. p. æ. propi-"nandus in vino Rhenano. Borax autem ordinarie in fubftantia fub forma pulverulenta a fcrup. femis ad fcrupulum unum, quid quod a quibusdam ad drachmam dimidiam ordinatur. Ingreditur quoque Borax Unguentum Citrinum Dni Charas tefte GEOFFROY l.c. Ceterum de ufu Boracis adhuc conferri merentur ETTMÜLLER in Commentar. in Schræderum. UNZER tr. de Sale. FALLO-PIUS tr. de Metall & Foffil. FAVENTINUS in Empiria Cap. 47. MONTUUS in Anafceve Morbor. tom. III. cap. IV. MERcurialis de morbis Mulierum Lib. 2. cap. 3. Rodericus a cASTRO Lib. IV. c. VI. de morbis Mulierum.

#### §. XIII.

Licet autem hoc fal tam egregias qualitates & virtutes habere dicatur & celeberrimi medici practici optimo effectu eo utantur; nihilo tamen fecius non defuerunt, qui Boracem ad venena referre non dubitarunt, cujus fententiæ patronus eft BONETUS in Polyalthe tom. III. Lib. V. de Venenis cap. XXXV. pag. 550. Aft! unde quæfo huic fali venenofitas & virulentia? Error fane eft maximus, isque inde fubortus effe videtur, quod nonnulli veterum hoc fubjectum cum Chryfocolla confuderunt & fub nomine Boracis Chryfocollam & vice verfa intellexerunt: potuit inde itaque fieri, ut quis hujus diftinctionis expers & qui differentiam inter utraque fubjecta non collocavit, loco falis noftri veram Chryfocollam adhibuerit. Nunc autem, uti jam fuperius demonstratum fuit, Chryfocolla vera eft fubjectum metallicum æruginofum, quod

ex

### 彩음 (34) 影響

ex principiis maxime cupreis conftat, quodque vehementes arrofiones, excoriationes, inflammationes, fphacelationes, quinimo mortem omnino caufari poteft, itaque venenorum more operatur. Item hæc veneni accufatio inde quodammodo originem trahere & ducere potuit, quando nimirum imperiti nimis temere & ultra dofin, in nimia quantitate Boracem nostram veram præbuerint fic v. g. accidere potuit, ut fæminæ cuidam, quæ utero geffit, aliquis eam in prodiga quantitate adhibuerit, ibi certe propter notatam, alias tamen satis securam vim, pellentem fætus exclusio contingere poteft, ut itaque abortus cum multo fanguinis profluvio oriatur, & fæmina, nifi occurratur illi in tempore, e vita difcedere oporteat. Hifce & ejusmodi modis confimilibus talis nociva qualitas & operatio hujus falis evenire poteft. Sic etiam talem nocivam efficaciam exerere valet Borax, quando cum alumine est adulterata. Alioquin autem minime venenofi quid in se continet, qua propter etiam re-Ste & omni jure Paul. ZACHIAS in Qualtion. Med. Legal. com. III. confil. XIII. n. 7. quæstionem : an nimirum Borax fit venenum? negative decidit & rationibus suffulcit.

#### XIV.

Hæc funt B. L., quæ fecundum ingenii mei modulum de Borace differere mihi placuit. Quodfi vero hæc tractatio non penitus ad defiderium tuum & expectationem elaborata & diducta fuerit, abs Te peto L. B. ut æqui bonique confulas & confideres, me hanc Differtationem minime, ut docere, fed ut difcere velim, fcripfiffe. Interim humillimas ago gratias fummo, quod in cælis refidet, Numini, pro illis, quas adhunc laborem fufcipiendum

## \*28 (35) 384

endum mihi conceffit viribus & pro immerita, quam ha-Stenus meis studiis adspiravit, clementia. Faxit idem, quod imploro, Numen, ut omnes mei conatus & reliqui labores in sui gloriam cedant, quo falutaris sem. per & optatus obtineatur.

FINIS.

## NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO DOMINO CANDIDATO

'Eurgyian precatur PRÆSES

Andem a me ultimum vale & benedictionis vota, discessium a Lyceo nostro & reditum in patriam propositum, comitantia petiisti; non potui igitur non, quin voluntati Tuæ annuentes præbuerim aures: quinque prope effluxerunt anni, quibus in hac Musarum fede Medico Studio, quoad fingulas ejus disciplinas, nec non Philosophiæ, quoad varias illius partes, indefessam, constantem & ardentem operam dedisti; in variis scholis & inflitutionibus ex ore & manuductione diverforum Clariffimorum Virorum utiliffima & faluberrima dogmata haufisti, nec minus ingenuis moribus aut pravis confue-- tudinibus Sectarium Te præbuifti, aut vexillo unius folius docentis adjurasti, ideoque haud idololatriam medicam commissifiti, sed meis monitis ita obtemperasti, ut undi-E 2

que

que flores frugiferarum & honestarum scientiarum magno fænore fæcundaque messe collegeris, insuperque honesto, tranquillo, sobrio, quieto, pacifico & restricto vitæ genere Te commendaveris, ideoque egregios profe-Aus in scientiis & artibus, Medico scopo quadrantibus, acquifivisti, quibus spem patriæ implere & parentum postulata abunde superare poteris: testem oculatum me exhibeo, quod mea inftitutione optima attentione ac folertia usus fis, & sub reliqua curta atque angusta Tua œconomia academica media & adminicula Tua fine ulla prodigalitatis aut malæ & fuspectæ usurpationis specie, parce, sollicite & ad fummam neceffitatem apposite applicueris, ut faltim haud interrupto ardore studia ad fructuosam maturitatem prosequi potueris, quamvis beneficia Tibi in hac Academia abunde collata, multis modis reliqua domestica adminicula, Tibi refracta dofi propinata, superent. Ast sub divino directorio & adjutorio tandem in Studio Medico affatim maturus opus ipfum artificiofæ exercitationis cum Deo aggredi constituisti; quare non solum de præclaro Studiorum Tuorum thefauro & cimelio, quæ Ordini Medicorum apud nos abunde & egregie probafti, fed & de promerito brabeo academico, quod nunc Tibi velut Sigillum boni Medici tribuitur, favente animo gratulor, eo magis quando Specimen Tuum Inaugurale, quod folus magna folertia, docto pariter ac exquisito judicio elaborasti, non levis Subjecti argumentum, sed memorabile egregiæ Tuæ cognitionis documentum complecti-Fruere CANDIDATE Meritifime hac felicitate, tur. hac industriæ Tuæ corona atque publicis hisce honoribus fub cœlefti benedictione fub indies augescente mentis ac fanitatis firmitate & robore diu & tranquille, nec unquam

quam oblivios memoriæ ea tradas, quæ a Summo ac cælesti Patrono apud nos benigna & benifica manu in Te collata sunt munera. Vale. Dab. Halæ Magdeb. X. Calend. Novembr. A. O. R. clolocc xLv.

## VIRO JUVENI PRÆNOBILISSIMO, DOCTISSIMOQUE

## CANDIDATO DIGNISSIMO

#### S. P. D.

#### D. HENRICUS CHRISTIANUS ALBERTI, Confil. Aulic. & Physiol. ac Botanic. P. P. Extraord.

Audabili certe! instituto factum est, ut, CANDI-DATE DIGNISSIME, subjectum aliquod, quod Borax nuncupatur, pro themate difputatoriæ exercitationis Academicæ affumere decreveris. Et adhuc magis laudabili inftituto factum, ut prudenti habito delectu, in tam nobile materiæ medicæ fubjectum incideris, quippe quod jure meritoque inter inftrumenta medica fanitatis humanæ recenfetur; taceo, quod & illi arti, quæ excoquendis metallis infudat, adminicula fluxus metallorum, fufioni refractariorum, ingrediendo, laudabiles præster operas, præterea variis usibus mechanicis, præsertim avrifabris inserviat. Sed illud, quod institutum Tuum maxime laudabile reddit, est, quod erudita Tua pertractatione subjectum Tuum magis adhuc nobilitaveris. Licet quidam gliscat inter Autores dissenfus, nullam dari boracem factitiam, & omnem effe nativam; hoc tamen nihil impedit, quo minus Te illius vir-E 3 tutum

tutum præconem invenerit. Infimul specimen hoc profectuum academicum commodam mihi præbuit occafionem, congratulandi officio haud deeffe. Per quinquennium in Illustri nostro Musarum prytaneo commorans nunquam fylvestre quoddam ingenium exhibuifti; hinc femper imitandis rectis docilem Te præbuifti. Præterea intra hoc tempus sanctioris medicinæ facris, fingulari industriæ constantia operatus es. Et licet sequior Tu fueris fortuna Tua! quo tenuior tamen fuit fortuna, eo magis Te tenuit semper colendæ artis divinæ fudium. Hinc non poffum non, quin Te fummos in Medicina honores digne capessentem, reditumque ad patrios lares parentem non tantum fauftis adprecationibus prosequar, sed & mihi de auditore tam bene morato & industriæ laude claro, parentibus de filio docto, & patriæ de Medico felici gratulor, Si quid valeo, Tuis infervire commodis, me femper habebis paratiffimum. Vale. Scrib. in Regia Fridericiana ad d. XIX. Octobr. A.R.S. CIDIDCC XLV.

665

Die, wenn nach überstandnen Sweite, Ein munteer Fechter Ruhe friegt;

So haft Du werther Freund auch heute Niel Jammer, Noth und Pein bestiegt,

Du haft hiemit die frohen Stunden,

Mach vielen Ungemach gefunden, Minerva giebet nur den Preis

Dem, Der ihr recht ju Dienen weis

Drum scheinet auch die Freuden-Sonne,

An diefen frohen Tag, zu Deinen Ruhm und Wonne.

Dein

Dein Fleiß weist Dir, wie sichs gebühret, Auch heute das Catheder an, Bu zeigen, wie Ou hast studiret, Wie nan den Krancken helffen kan; Wie Ou die Zeit wohl angewendet, Ja keine Viertelstund verschwendet Wie manchen Tag, wie manche Nacht, Ou bey den Büchern zugebracht: Da Dich Minerva so befunden. Hat sie zu Deinen Lohn, den Lorber-Krantz gewunden.

Fridriciana soll Dir bringen 3u Deinen wohlverdienten Lohn Den Doctor-Huth; und ich will singen, Ein Loblied ihren lieben Sohn. Es müsse Dir nach Wunsche gehen, Viel Krancke müssen um Dich stehen, Des Höchsten treue Gnaden-Hand Sep allezeit auf Dich gewand, Und kurts zu sagen: was ich meine, So bleib mir zugethan, ich bleibe stets der Deine.

G. G. WENDT, Med. D. Oppon.

Freund den die Redlichkeit noch in der Alche liebt, Dir wächst ein Purpur-Hut, aus den Gelehrten Schweiße, Den Dir Hygåens Chor, mit vollen Beyfall giebt,

Schau

Shau hier ein Epheu-Blat, daß Deine Freundschaffts= Triebe, 3war schleichend, doch voll Brunst und reinen Feuer ehrt, Nichts wünsch ich, wird mir nur das einzige gewehrt, Daß Du mich liebst mein Freund, wie ich Dich allzeit liebe.

> JOH. FRANCISC. WELTZ, Med. Cand. Opponens.

